

Si ergo testimonium sancti Iohannis verum est, et hoc^{a)} aliaque multa sunt vera, Dominus 14. luna ad vesperam, feria 5., qua vetus Pascha vertit in novum, a Iuda traditus est; et agnus immaculatus immolari incepit; ac mane luna 15., parasceve Pasche^{b)} hora quasi 6. crucem ascendit, 3. die, luna 17. valde mane 1. sabbatorum^{c)} a mortuis surrexit. Quod¹⁾ autem 30 annorum Christus baptizatus sit, sicut evangelista Lucas et sanctus Hironimus^{d)} 2) contestantur; et 3 annis ac dimidio^{e)} post suum baptismum predicavit; non solum in evangelio suo Iohannes commemorato tempore redeuntis^{f)} Pasche perdocet, sed etiam in sua apocalipsi^{g)}; et Daniel^{g)} quoque⁴⁾ in visionibus^{h)} suis idem profetice designat.

Quoniam⁵⁾ itaque ciclus magnus paschalisⁱ⁾, qui ciclum Dionisii^{j)} precessit et in cuius 2. anno iuxta Dionisium^{k)} natus est Dominus, 532 annis circumvolvitur, ipsis 532 annis 35 annos adde de ciclo Dionisii^{l)}: Fiunt 567 anni; sublato tum 1. anno, qui precessit nativitatem Domini, fiunt 566. Ipse ergo 566. annus incarnationis secundum Dionisium est annus passionis Domini, quia sicut 533. annus incarnationis, qui est 2. annus cicli Dionisii^{m)}, anno nativitatis Domini, ita annus 566. incarnationis, qui est annus 35. cicli eiusdem Dionisiiⁿ⁾, anno 34. incarnationis, id est passionis Domini, per universum solis ac lune cursum concordat.

In quo anno⁶⁾ passionis secundum Dionisium 14. luna, in qua iuxta evangelium cena Dominica 5. feria atque agnus Dominus immolari coeperit^{o)}, apud Dionisium^{p)} 12. Kal. Apr.⁷⁾ in die dominico contigit^{q)}, cum die 9. Kal. Apr.⁸⁾ 5. feria fieri oporteret, et in dominico^{r)} die^{r)}

a) hec L. b) Pasce V. c) sabatorum V. d) Ieronimus L. e) de-
midio V. f) rediuntis V. g) Danihel L. h) visionibus V. i) pas-
calis V. j) Dionissi V. k) Dionissium V. l) Dionissi V. m) Dio-
nissi V. n) Dionissi V. o) cepit L. p) Dionissium V. q) contigit V.
r) dom. die: die dominico L.

1) Beda DTR 47, ed. Jones, S. 266, vgl. DRC 17, Migne, PL. 90, 594.

2) Luc. 3, 23; Eusebius-Hieronimus GCS 47, 173.

3) Apoc. 11, 3; 12, 6; 12, 14; vgl. Io. 2, 13; 5, 1; 6, 4; und dazu Jones S. 381 Anm. XLVII, 54.

4) Dan. 7, 25; 12, 7.

5) Vgl. Beda DTR 47, ed. Jones, S. 267, und DRC 17, Migne, PL. 90, 594.

6) Vgl. Beda DTR 47, ed. Jones, S. 267.

7) 21. III.

8) 24. III.